

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XX. De Incestv.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

stiani cum Iudea fustigationis s), & (3) coitum cum muliere mortua, gladii t) pœna maneat. Ignis pœna semper exulat. Nullum enim ex his delictis reuera Sodomiticum est.

§. CCLIV.

**Iudicium
civile.**

*Coniux innocens, si uel maxime atten-
tata tantum fuerit sodomia, ad diuortium;
& dominus bestiæ, si hæc occidenda uel
comburenda, ad interesse u), contra so-
domitam agere potest.*

TIT. XX.

DE INCESTV.

§. CCLV.

**Incestus,
seu**

*Incestus (§. CLXI.) est carnis eorum
coitus, quos matrimonio iungi lex
uetat.*

§. CCLVI.

*corum, Lex autem uetat matrimonio iungi, qui
quos matri- sibi inuicem sunt (1) adscendentes & de-
monio iun- scendentes, collaterales, ad fines primi ge-
gillex uetat, neris, siue legitimæ nuptiæ siue illegiti-
mus coitus eos fecerit x); (2) spiritua-
li modo coniuncti. Quare hi omnes, & si
quos*

s) BEYER ad art. coitu damnato p. II. c.
19. pos. 10. 11. r. nr. 50.

t) FELTMANN de
cadau. insp. c. 33.

x) CARPOV pr. cr.

u) BECHMANN de qu. 72. nr. 34. seq.



quos alios a matrimonio arcet lex provincialis, se inuicem incestare possunt.

§. CCLVII.

Reuera autem tunc demum commit-
tunt incestum, ubi carnaliter coeunt, co-
nalis,
eant sub matrimonii an alia specie, per-
inde est y). Vnde ergo facile patet (1)
incestum tunc demum consummatum
esse, ubi semen immisum (§. CLXII, 1),
ideoque (2) errare eos, qui sola contreb-
etatione pudendorum incestum commit-
ti statuunt z).

§. CCLVIII.

Quandoquidem incestus tunc *crimen* ubi in cri-
est, ubi dolo malo (§. XXXI.), & qu. cri-
men, ubi culpa (§. LI.) commislus: con-
sequitur, (1) ut *criminis incestus rei* non
sint (a) qui furoris (§. XXXV.) aut sum-
mæ ebrietatis (§. XXXVI.) tempore, uel
(b) post dispensationem a principe impe-
tratam cum cognata concubuerunt, (c)
qui tempore coitus ignorarunt cognatio-
nem (§. XXXVIII.) a); (2) ut non nisi
quasi criminis incestus accusari queant (a)
filia, quæ, dum credit se patri in omni-
bus rebus adsentiri debere, cum eo, coi-
tum solicitante, concubuit (§. XXXIX. *);
(b) fra-

y) KRESS ad art. 117. a) DAMHOVDER
§. 5. not. 1. pr. crim. c. 94. nr. 8.
z) LEYSER sp. 586. KRESS c. l. §. 3, not. 1.
coroll. 2.



(b) frater & soror, qui, a tenera ætate ob parentum inopiam in uno lecto decumbentes, tandem carnaliter coiuerunt (§. eod. 5.) b).

§. CCLIX.

uindicatur Quia certam pœnam non determinat uaria pœna, Carolus c) *, inualuit moribus & quarundam prouinciarum legibus ** statutum est, (1) ut incestus cum *consanguinea* in linea recta admislus, gladio d), in collateraluero mox fustigatione mox perpetua relegatione e) puniatur, pro uario cognationis graduf); (2) ut incestus cum adfini in linea recta, fustigatione, in collateraluero relegatione, eaque pro ratione περιστασεων mox temporaria mox perpetua g), uindicetur.

* Nec eandem semper pœnam in incestus crimen statuisse maiores nostros, uel patet ex L. Wisig. III, 5, 1. Burgund. XXXVI, 1, Ripuar. tit. LXIX, aliisque.

** Contra in gladii locum uiuicomburium surrogat Chur-Pf. Mal. O. tit. 32. atque cum gladio combustionem, & cum fustigatione confiscationem bonorum iungit Bæd. L. R. VII, 39.

§. CCLX.

b) MVLIVS ad BEY-
ERVM h. a. pos. 5.

c) art. 117.

d) Conſt. El. Sax. 22.
p. IV. Σ. O. L. G. O.
tit. 74. §. 6. v. L. relat.
G. cas. cr. n. XI.

e) Σ. O. L. G. O.
art. 75. §. 7.

f) BERGER El. Iur.
Cr. p. 142.

g) KAVFFMANNI
Dominus G. subd. p. V.
tit. 3. nr. 44. seq. BEYER
G. cas. cr. n. XI.



§. CCLX.

Mitigatur pena (1) ob *etatem*, nec non quæ diuer-
 (2) *stuporem*, *furorem* &c. (§. CCLVIII. ^{sis ex cau-}
 i.) *delinquentis*; (3) ubi *culpa* tantum ^{sis mitigari}
commislus (§. eod. 2.), aut (4) *non con-*
summatus (§. CCLVII.) fuit b) *incestus*;
 neutquam uero (5) *meretriciam uitam*
consanguineæ i). Illud etiam hic notes
 uelim, quod (a) *pœnam fustigationis k)*,
 licet non *gladii l)*, mitigate *nobilitas* de-
linquentis (§. LXXXVIII. f.) m), & *remissio*
coniugis innocentis; (b) quod *coitus*,
 cuius patrati tempore concubentium
 plane ignorabatur *consanguinitas*, ubi ma-
 trimonialis, nulla, sin aliis, illa tantum
 pena vindicetur, quam statuit lex in coi-
 tum, qui detracto *incestu* supereſt.

§. CCLXI.

Per *incestum stuprata* ad *alimenta in-*
fanti præbenda iure agit. *Nuptias* uero
 nunquam, & *dotem* tunc demum, si co-
 gnationem matrimonium dirimentem
 ignorans *stuprata* fuerit, petere potest.

TIT.

- | | |
|--|--|
| b) KRESS c. l. §. 3. | <i>obs. crim.</i> 6. p. 76. |
| not. I. CARPZOV pr. | l) DÖEPLER Schäupl.
<i>crim.</i> qu. 72. nr. 47. |
| i) CARPZOV c. l. n.
44. seq. BERLICH p. IV.
concl. 32. nr. 40. | der Leibes- und Lebens-
<i>Str.</i> p. II. c. 5. n. 271.
<i>FROELICH</i> v.
<i>FROELICHSBVRG</i> p. |
| k) STRVV c. VIII. | II. lib. 3. tit. 8. nr. 14. |



TIT. XXI.

DE LENOCINIO.

§. CCLXII.

Lenocini-
um, seu

Aetus, quo femina uagæ alterius libi-
dini sacratur, *prostitutio* dicitur, at-
que hæc, si quæstus causa facta, audit *le-
nocinium*, quod, prout femina prostituta
prostituentis potestati subest, aut non, in
simplice & qualificatum diuiditur,

§. CCLXIII.

Vnde hæc fluunt axiomata :

- I. Sine prostitutione feminæ non da-
tur lenocinium.
- II. Lenocinium animat intentio lucri.

§. CCLXIV.

prostitutio
feminæ

Ad primum (§. pr. 1.) notes (1) femi-
nam tam sui quam alieni iuris, uirginem,
uiduam & coniugatam prostitui posse;
(2) feminam a te prostitutam dici, (a)
quam ad coeundum cum alio uel preci-
bus emisti, uel ui adegisti, uel alio modo
induxisti *n*), minime uero (b) eam, quæ
a tertio passa est stuprum adulteriumue,
quod te inscio perpetratum tegis condo-
nasue (§. XXVII.) *o*); (3) eum *attentati-*
tantum lenocinii reum esse, cuius solici-
tationem coitus subsecutus est minime.

§. CCLXV.

n) FARINAGIVS pr. crim. qu. 71. nr. 32.
crim. qu. 144. nr. 42. seq. KRESS ad C. C. a. 122.

o) CARPZOV. pr. §13. 4.

